

DEINKING TESTPAGE



Cum divina tua mens et numen, imperator Caesar, imperio potiretur orbis terrarum invictaeque virtute cunctis hostibus stratis triumpho victoriisque tua cives gloriarentur et gentes omnes subactae tuum spectarent nutum populusque Romanus et senatus liberatus timore amplissimis tuis cogitationibus consiliisque gubernaretur, non audebam, tantis occupationibus, de architectura scripta et magnis



cogitationibus explicata edere, metuens, ne non apto tempore interpellans subirem tui animi offensionem.

Cum vero adtenderem te non solum de vita communi omnium curam publicaeque rei constitutione habere sed etiam de opportunitate publicorum aedificiorum, ut civitas per te non solum provinciis esset aucta, verum etiam ut maiestas imperii publicorum aedificiorum egregias haberet auctoritates, non putavi praetermittendum, quin primo quoque tem-

pore de his rebus ea tibi ederem, ideo quod primum parenti tuo de eo fueram notus et eius virtutis studiosus. Cum autem concilium caelestium in sedibus immortal-

Coverage C:10
30% M:10
Y:10
K:7

